[I]ste liber flos ystoriarum terre orientis intitulatus quem compilavit frater Anton-
ius dominus curchi consanguineus regis armenie ex mandato summi pontificis
patris nostri domini C[lementis] pape quarti Anno domini MCCCVII in civitate pictavie Regis francie

[I]ste sunt rubrice prime partis huius libri videlicet de Regno cathay de Regno tarsie
de Regno turchesten : de Regno corasine : de Regno comanie de Regno Indie
de Regno persarum : de Regno medorum : de Regno Armenie de Regno Georgie
de Regno caldeorum : de Regno mesopotamie : de Regno turchie de Regno sirie

## de Regno cathay

[R]egnum cathay est maius regnum quod in orbe valeat inveniri et est repletum gen-
tibus et divitiis infinitis: et in maris occeani littore habet situm et ibi sunt ibi
maris insule quarum numerus nullatenus potest sciri: nam nullus penitus invenitur
qui omnes illas insulas asserat se vidisse ille vero que calcare possunt repperierunt
divitiis multis habundare et illud ferre quod in illis partibus carius invenitur et habet oleum olive
Quoniam reges et magnates illud quando modo aliquo inveniunt quasi medicamen preciosum
cum magna diligentia faciunt custodiri: In isto etiam Regno cathay plura sunt mira-
bilia monstruosa quam ullo in aliquo regno mundi: Homines vero illius patrie sunt saga-
cissimi et omni celeritate repleti et ideo in omni arte et scientia vilipendunt omnes
alias nationes: et dicunt quod ipsi sunt soli qui duobus luminibus res conspiciunt: latinos vero dicunt
tantum uno lumine videre: sed omnes alias nationes asserunt esse cecas: et per hoc certissime
demonstrant quod omnes alias reputant esse rudes: et vere tot res diverse et innumerabi-
les et ineffabiles subtilitates et laboris manuum ex illis partibus deferunt quod non
videtur esse aliquis qui in talibus illis valeat comparari: omnes illi de Regno illo cath-
ayni vocantur: et iuxta nationes suas tam viri quam femine reputantur esse pulcerrimi
tamen omnes illius contrate habent parvos occulos et naturaliter barba carent: isti
vero cathayni valde pulcras litteras habent que latinis in pulcritudine quodammo-
do similantur: secta vero gentium illius regni vix posset modo aliquo ennarrari
Quoniam aliqui sunt qui colunt idola de metallo: Alii vero boves adorant qui laborant terras
ex quibus crescunt frumenta et alia nutritiva Alii colunt magnas arbores et diversas alii
sequuntur naturalia: alii astronomiam alii colunt solem Alii vero lunam Alii quidem
nullam habent fidem vel legem: sed sicut bruta animalia ducunt bestialem vitam
suam licet sint subtilissimi ingenii ad omnia corporalia exercenda nulla tamen inter eos
spiritualis doctrina sive scientia invenitur homines illius patrie non sunt audaces sed
sunt fortes timidi plus satis quam armigeris esse decet multum tamen sunt subtiles et ingeniosi
et propterea tam per terram quam per mare victoriam de inimicis suis reportaverunt multa etiam ar-

morum genera balistarum et arcuum et alia diversa que non inveniunt inter alias
nationes. Moneta vero que in illis partibus expenditur fit de papiro in forma quadrata
et est regali signo signata, et secundum signum illa moneta est maioris precii vel
minoris. Et si forte illa moneta propter vetustatem incipiat devastari, ille qui eam
habuerit ad regalem curiam deportabit et per illam dabitur sibi nova. De auro vero
et aliis metallis vasa fiunt et alia ordinamenta. De illo vero regno Cathay dicitur quod est
in principio mundi, quia est in oriente ab uno capite, et ex parte illa nulla est ulterius
habitatio generum. Ex parte occidentis suos habet confines cum regno Tarsie,
ex parte septentrionali cum deserto de Balaam, ex parte vero a meridie sunt in-
sule maris occeani superius nominati. /.—

## de Regno Tarsie

In regno Tarsie sunt tres provincie quarum dominatores se reges faciunt appel-
lari. Gentes illius regni nominantur Yager et semper ydola coluerunt et adhuc
colunt omnes preter cognationes illorum trium regum qui per demonstrationem stelle venerunt
adorare nativitate domini nostri Ihesu Christi, et usque ad hodiernum diem multi magni et
nobiles inveniunt inter Tartaros de cognatione illa qui tenent fidem Christi firmiter.
Omnes vero alii de patria illa qui colunt idola sunt nullius valoris in facto armorum. Perspi-
cassimi sunt tamen ingeniosi ad artes et scientias addiscendas. Litteras habent proprias,
et fere omnes illarum partium habitatores abstinent se a carnibus et a vino, nec aliquam
rem occiderent quod vivens. Civitates vero illorum sunt valde amene et templa magna
habent in quibus cum magna devotione ydola venerantur. Frumenta ibidem habundanter
crescunt et alia bona genera. Vino vero carent et vinum bibere reputant in peccatum, sicut
faciunt Agareni. Istud regnum Tarsie ex parte orientis suos habet confines cum
regno Cathay supradicto, ex parte occidentis cum regno Turchesten, ex parte
septentrionis cum quodam deserto, ex parte vero meridiei cum quadam ditissima provin-
tia que vocatur Sin, que inter regnum Cathay et regnum Indie habet situm, et in in-
alia provintia reperiuntur lapides adamantis. /.—

## de Regno Turchestem

Turchestem est quoddam regnum, ex parte orientis sue habet confines cum regno
Tarsie, ex parte occidentis cum regno Persie, ex parte septemtrionis cum quodam
regno quod vocatur Corasme, ex parte vero meridiei protenditur usque ad caput deserti Indie.
In illo regno pauce sunt civitates sed latas habent planicies et bona pabula optima
iumentis, et ideo habitatores illius patrie ut plurimum sunt pastores habitantes in
tentoriis et talibus domibus que de loco ad locum possunt faciliter deportari. Maior civitas

illius regni vocatur secrerat paucum ibi colligitur de ordeo ut frumento: vino totaliter caret
tamen carissima et alia pocula que conficiunt ex millium comedunt et risum. habitatores
illius regni vocantur turci et fere omnes tenent dogmata pessimi machometi. alii
vero sunt inter eos pagani qui nullam penitus habent legem. litteras non habent proprias
sed litteris utuntur arabicis per civitates et castra :—

## De Regno corasine

Regnum corasine est bene munitum civitatibus bonis atque villis multi sunt ibidem
habitatores quia terra illa fertilis et amena. frumenta et alia nutrimenta colliguntur
ibi in maxima quantitate: tamen habent modicum vini. Istud regnum habet suos
confines ex parte orientis cum quodam deserto. cuius per centum dietas extenditur
longitudo: ex parte occidentis usque ad mare caspis extenditur. ex parte sept
entrionis confines habet cum regno comanie. ex parte meridiei cum dicto regno tur
chesten superius nominato. Maior civitas illius regni vocatur corasine: gentes vero habi
tantes in illa civitate corasine vocantur pagani et sunt nullius litteras nec
legem in armis tantum sunt fortes bellatores: in illo regno degunt quidam chr
istiani qui vocantur soldaini et habent litteras et linguam propriam, ritum tenent grecorum
non tantum habent eorum litteras sive linguam in ecclesia diversimode cantant more
tantum grecorum celebrant et conficiunt corpus christi et sunt obedientes patriarche
antiocheno :—

## De Regno comanie

Comanie regnum est unum ex maioribus huius mundi propter aeris intemperantiam
male ab hominibus habitatur. fit enim in aliquibus locis illius patrie in hyeme tantum frigus quod
animalia sive homines non possunt ibi vivere ullo modo. in aliquibus vero locis fit tantus
calor in estate quod nullus potest ibi vivere propter estum et etiam propter muscas. Istud re
gnum comanie est quasi totum planum et in illa planicie non reperiuntur arbores nec
ligna nisi forte in aliquibus locis ubi sunt civitates posite que pomeria quedam
habent et in tentoriis habitant: ille gentes stercora ardent animalium loco lignorum.
Regnum comanie ex parte orientis confines habet cum dicto regno corasine et cum quodam
deserto. ex parte occidentis est mare maius sive maior et mare de tana: ex parte sep
tentrionis confines habet cum regno rossie. ex parte vero meridiei protenditur usque ad quoddam
flumen maius quod reperitur in orbe quod vocatur etil. in anno aliquibus congelatur quod glacies sustinet homines
et animalibus sicut terra. in littore huius fluminis ultra sunt gentes habitantes … ne …
in littore vero ab huiusmodi et dicti fluminis inveniuntur arbores satis pauce. sed dicte gentes vi
… competunt. de regno comanie obediunt tamen regi et quidam sunt qui habitant

circa montem de cochas qui mons mirabilis est magnus et altus nemo potest illis mon
tibus habitare. Aufures et alie aues rapaces in illis montibus oriunt omnes sunt albe
Iste mons de cochas sedet inter duo maria quia ex parte occidentis habet mare caspis et
ex parte orientis habet mare maius. Et nota quod de mare caspis nullum se intrat
in mare occeano nec in mare grecie sed est sicut lacus et propter ipsius magnitudinem
mare appellatur quia est maior lacus qui reperiatur in orbe terrarum qui protenditur a dicto ma
re cochas usque ad caput regni persie et diuidit totam terram illam in duas partes
pars est in parte orientis vocatur alia profunda et illa pars alie que est in occidente
vocatur alia maior. Aque ... aque sunt dulces et multos retinet bonos pisces. Iuxta
istud mare caspis inueniunt bubali siluestres et alia siluestria animalia in max
ima quantitate. In illo etiam mari sunt plures insule in quibus nidificant multe aues
et specialiter falcones quos pelegrini uulgariter appellant sacri ... uenes ... mirhone ...
in illis insulis inueniunt. Maior ciuitas comarie uocatur sara que fuit antiquitus nobil
et famosa fuit tamen prostrata et quasi destructa totaliter per tartaros qui illam uiol
enter ceperunt sicut plenius exprimetur. In insulis illis ... multe et alie aue
... ibidem quarum origo non nisi in ipsis insulis inueniunt.

De Regno Indie

Regnum indie est valde longum et sedet super mare occeanum in patria uero
illa uocatur mare indie. Et incipit istud regnum a confinibus regni persie
et extendit ad orientem usque ad unam prouinciam que uocatur balarasen et in illa
patria reperitur ut reperiunt lapides preciosi que ballas appellant. Ex parte septe
trionis per longum est magnum desertum indie ubi sunt tot serpentes et alia
diuersitatis ... alexandrie dicitur inuenisse ut in ipsius hystoria plenius con
tinetur. In ipso uero regno predicauit beatus apostolus thomas fidem christi
et multas prouincias conuertit ad fidem. Sed quia distant multum a ...
et locis in quibus fides colitur christiana ibi fides nostra est multum diminuta nec
est ibi nisi quedam parua ciuitas in qua habitant christiani. Alii uero fidem
christi totaliter reliquerunt. Et ex parte uero meridiei huius regni per longum
est mare occeanum in quo sunt multe insule in quibus habitant indii sic nigerrimi si
... et nudi incedunt totaliter propter estum et colunt ydola uelut stulti. In illis insulis
inueniunt lapides preciosi et margarite et genera specierum multarum ad medici
nam optime ... conferunt ... in toto mundo. Ibi etiam est quedam insula
que uocatur celam et in ipsa reperiunt lapides preciosi qui uocant rubini et saffiri
Et quando debet rex illius regni in insule coronari datur eum manibus lapis ille rubinus
et ipse sedens super equum tenendo lapidem circuit ciuitatem et extunc omnes sibi obediunt

et habent eum in dominum ac regem. terra indie est sicut insula deserto superius nominato et
a mari occeano circumdata iuxta quam vix posset aliquis introire terram illam nisi ab uno
latere ex parte regni persarum et illi mercatores qui volunt ingredi terram illam vadunt
primo ad quandam civitatem ermes quam fundavit hermes philosophus artificialiter ut refert
et exinde transeunt per quoddam brachium maris quousque perveniunt ad quandam ci-
vitatem que cubaeth nominatur et ibi inveniunt aves que vocantur papagay et sunt vi-
ridi coloris et tanta est ibi illarum avium multitudo quanta est passerum in hac terra
in illo vero portu inveniunt mercatores omnes mercantias quas volunt emere et
si forte vident ultra procedere mercatores causa mercandi vel aliud faciendi absque
molestia possunt ire. in terra illa non est abundantia olei vel frumenti comedunt in
illarum partium habitatores risum milium lac butirum et fructus de quibus sunt in maxima copia

## de Regno persarum

Egnum persarum dividitur in duas partes que dicuntur solummodo regnum unum eo
precipue quod unus solus dominus illarum terrarum semper obtinuit principatum. prima
pars persarum incipit in oriente a confinibus regni turchesten et protenditur per occi-
dentem usque ad magnum flumen fixon quod est primum inter quatuor flumina que
de paradiso terrestri fluunt ut in libris plenius continetur. ex parte septentrionis protenditur
usque ad mare caspium ex parte meridiei extenditur usque ad desertum indie. patria illa est
quodammodo tota plana et in medio illius sunt due site magne et oppulentissime civi-
tates una quarum vocatur boctara et alia scomargat gentes vero habitantes in illis dicunt
perse linguam habentes persicam qua loquuntur. de mercatoriis et terrarum vivunt et de ar-
mis se non intromittunt nec de guerra. Antiquitus colebant ydola et ignem tanquam deum
eorum precipue adorabant. postquam vero illa fera pessima macomet illarum terrarum
dominium occupavit effecti sunt ulterius saraceni enim credentes falsis documentis.
alia vero pars persarum incipit a fixon flumine supradicto et extenditur per occidentem
usque ad fines regni medee et partium armenie maioris. ex parte septentrionis
extenditur usque ad mare caspium et ex parte meridiei habet confines cum quadam
provincia regni mede in alia etiam patria sunt due maxime civitates una quarum
vocatur nessabor et alia spahem. terra autem illius patrie atque gentes tam in secta quam in moribus
et conditionibus sunt similes supradictis aliis.

## de Regno armenie

In terra armenorum sunt quatuor regna tamen solum unus rex dominium
occupavit. Longitudo terre armenie ex parte occidentis incipit a mirabili
civitate que porta ferri vulgariter appellatur quam quidem rex alexander firma-
vit propter nationes varias et diversas in profunda asya habitantes quas nolebat

post se ingressum in asyam maiorem de corpe eius beneplacito et mandato est et illa
ciuitas firmata in quodam districtu maris caspis et tangit magnum montem caspis
Latitudo armenie a predicta ciuitate extenditur usque ad regnum mede in regno
quidem armenie sunt plures magne et ditissime ciuitates thorisium uero est fa
mosior inter omnes. In terra armenie sunt magni montes et planicies late
flumina magna et lacus aquarum dulcium et salsarum in quibus piscium copia inuenitur
gentes in terra armenie habitantes diuersis nominibus nuncupantur iuxta terras et
prouintias in quibus degunt et sunt terra eques quam pedites strenui bellatores in
armis. equis et uestibus sequuntur mores et habitum tartarum quia sub iugo eorum
longo tempore sunt detenti. litteras habent diuersas quedam uero dicuntur litter
armenie et alie dicuntur littere aleos. in armenia est quidam altior mons qui sit
in orbe terrarum qui arache vulgariter nominatur et in cacumine illius montis est
archa noe post diluuium primo sedit. et licet propter niuium habundantia que semp
in illo monte reperiuntur tam in estate quam in hyeme quis nemo ualet ascendere monte
illum semp tamen in eius cacumine apparet quoddam negrum quod dicitur esse archa:~

## de Regno mede

R-Egnum mede est valde longum sed non est latum ex parte enim orientis
Incipit a regno persarum et a regno indie minoris in parte extenditur uersus meridi
em usque ad regnum caldee ex parte septentrionis incipit a regno armenie maiori
et extenditur uersus meridiem usque ad quissam ciuitatem que sedet supra mare occea
num et ibi reperiuntur margarite maiores et grossiores que portentur per orbem. In
regno mede sunt magni montes et parue planicies due sunt ibi regiones et gentes
in una illarum habitant saraceni. et illi qui habitant in alia uocantur corduns. in isto et
regno sunt due maxime ciuitates quarum una uocatur siras et alia chermen. lege
tenent et fidem machometi. litteras habent arabicas. et arma sunt boni pedites arche
rij et valentes:~

## de regno georgie

R-Egnum georgie ex parte orientis incipit a magno monte qui uocatur alborr
ubi multe gentium nationes habitant varie et diuerse. et ideo ille mons et illa
patria uocatur alania. et exinde extenditur regnum georgie per occidentem versus septe
trionem usque ad aliquas prouintias turchie. Regnum georgie est longitudo et ex
tenditur supra totum mare mauricum siue maius. ex parte meridiei confines habet cum
regno armenie maioris. et istud regnum georgie diuidit in duo regna alterum
quorum uocatur georgium aliud uero abachas nominatur. et semper in eodem duo reges
fuerunt. Alter quorum fuit semp subditus imperatori asye. alius vero qui abachas appel
latur sunt gentes potentes et inexpugnabiles gentium et numquam dimisit se subiacdom

imo imperatoris asye nec etiam tartarorum. in regno isto georgie apparet quoddam stupendum mirabile et multum monstruosum quod dicere non auderem nec credidissem ratione cuiusque nisi propriis occulis aspexissem. Sed quia in personaliter fui fidem do dico quod in illis partibus est quedam provintia que vocatur anissen que in circuitu bene occupat tres dietas et tantum quantum extendit illa provintia per tantum quadam caliginosa et tenebrosa obscuritate locus ille totaliter obfuscatur inter quod nullus est qui potest aspicere quicquam nec est aliquis qui audeat ingredi terram quoniam ad redeundum tramitem ignoraret habitatores illius regionis asserunt se sepius audivisse voces hominum vociferantium cantus galli innitus equorum et per meatum cuiusdam fluminis quod a loco illo egreditur apparent signa certa quod sint gentium habitatores. Verum Unum est quod legendo in hystoriis inveni in armenia et in georgia scriptum quoniam quidam fuit pessimus imperator et dominator persarum qui vocabatur proprio nomine Sauie ydolla collebant et persequebant crudelissime christianos. Quadam vero die precepit ut omnes habitatores asye venirent et suum ydolum adorarent et quicumque preceptum imperatoris contrahiret penam incendii pateretur. Unde accidit quod quidam christiani fideles primum martirium elegerunt. aliqui vero adoraverunt idolum pre timore et ne bonis temporalibus privarentur. alii quidem petierunt montes et tutamenta et in ipsis se munitabant contra potentiam imperatoris. quidam vero boni christiani tunc temporis in quodam planicie habitabant que megam vulgariter dicebatur et dum nollent ydolis modo aliquo inclinare cogitaverunt a fuga bonis temporalibus omnibus derelictis et cum ad [illegible] crederent se transferre ille pessimus iniquitatis filius imperator cum suo exercitu obviavit. dum fugerent christiani frustratum omnem viriliter clamaverunt et dominum nostrum ihesum christum et tunc continuo illa tenebrositas persecutorum lumina obfuscavit et christiani pergentes recto tramite evaserunt. iniqui vero in illa tenebrositate usque nunc resident et debent residere usque in fine seculi ut ab omnibus creditur et narratur. ~

de Regno caldeorum:

Regnum caldeorum versus orientem est a montibus medie incipit et extendit usque ad ninivem maximam et excelentissimam civitatem prope flumen tigris. Verum Ninive est illa civitas de qua sancta scriptura loquitur et ad quam propheta ionas missus est ut predicaret verbum domini habitantibus in eadem per cuius predicatione omnes in illa civitate dei gentes fuerunt ab omni pestilentia liberati. civitas illa ad presens est totaliter devastata sed per ea que adhuc sunt apparentia in edificiis firmiter credi potest quod fuerit una ex maioribus civitatibus huius mundi. Latitudo regni caldeorum ex parte septemtrionis incipit a quadam civitate que vocatur maraga et extendit per meridiem usque ad mare occeanum. maior civitas caldeorum est baldac que

[in]de bablia fuit antiquitus nominata ubi nabucodnosor filios ysrael captiuos aduxit filios ysrael de ſancti ſua ciuitate in regno caldeorum multe ſunt planicies pauci montes et modice aque que per regnum diſcurrant. Gentes habitantes in caldea ſunt neſtorini aliqui et caldeas litteras habent. alij uero arabicis litteris utuntur et tenent dogmata perfidi machometi.

## de Regno meſopotamie

Regnum meſopotamie a parte orientis habet initium a magna ciuitate moſel que eſt prope flumen tigris et per occidentem dilatatur uſque ad ciuitatem Roais que eſt prope flumen eufratis et habet ſitum hec que fuit ciuitas regis agari ad quem dominus noſter ihesus xpistus miſit ueronicam que Rome hodie inuenitur. Iuxta uero illam ciuitatem Roais eſt terra aaron ubi abraam et ſua progenies antiquitus habitabant quam dominus precepit relinquere et ultra flumen eufrates ſe transferre quando uenerit in terra promiſſionis ſecundum quod biblia continet. Iſtud regnum meſopotamie grece ydoate nominatur eo quod inter illa duo regna flumina tigris et eufrates habent ſitus. latitudo iſtius regni habet initium ab uno monte armenie qui uocatur ſanſom et dilatatur per meridiem uſque ad deſertum indie minoris. Iſtud regnum multas habet planicies fertiles et amenas. duos habet montes ſolummodo longos et fructibus copioſos et ille mons qui eſt ex parte orientis uocatur Simar aliusque liſor per terram illam modice habuntur aque. Sed gentes illius regni bibunt aquas de puteis et ciſternis. habitantes meſopotamie ſunt chriſtiani aliqui ſiriani uel et armeni populi ſunt experti precipue armeni robuſti. ſaraceni quidem et ſiriani non ſe ingerunt de armis ſed ſunt artifices et mercatores quidam etiam paſtores. Salua quadam prouintia meſopotamia que uocatur merodin ubi quidam de armis ſtrenui habitant ſaraceni arbeij qui cordenis ſuo nomine appellantur.

## de Regno turchie

Regnum turchie eſt ualde magnum et diuitijs opulentum minares habet argenti heris et aluminis in maxima quantitate. ibi etiam omnium frugum et frumenti atque uini copia inuenitur. multa ſunt ibi animalia et ſpecialiter boues et equi. confines habet ex parte orientis cum armenia maiori et partem etiam cum regno georgie et ex parte occidentali dilatatur uſque ad ciuitatem ſatallie que ſupra mare grecie habet ſitum. ex parte ſeptentrionis nullos habet cum aliqua ciuitate confines in terra ſed de longo in longitudine extenditur ſupra littora maris maioris. ex parte meridiei partem habet confines cum ſecunda armenia. partim uero cum cilicia et parte uſque ad mare grecie dilatatur et reſpicit inſulam cipri. Iſtud regnum a diuerſis nationibus parte orientis grecia appellatur. quia antiquitus iſtud regnum turchie imperator conſtantinopolitanus quaſi pro ſua camera et ſuo proprio reſeruabat. et per ſuos duces et officiales

tunc temporis regebat. poſtquam vero nationes turchorum iſtud regnum dominium habuerunt ordi-
nauerunt inter eos dominum quem ſoldanum nomine appellauerunt et ſic occupauerunt
terram et habitauerunt in ea turchi. et ideo terra illa precipue a latinis turchia ap-
pellatur. In regno turchie plures ſunt prouintie quarum vna queque magnas et principales
continet ciuitates. in prouintia enim liconie que eſt prima famoſa ciuitas cony inue-
nitur que eſt totius turchie domina et magiſtra. in ſecunda prouintia que dicitur capadocia
eſt ciuitas ceſaree grecie. tertia prouintia dicitur ſauria et ibi eſt antiqua ciuitas ſaltunie
et quarta eſt tricia nominata et ibi eſt ciuitas lichie grecie. quinta quixitu dicitur
eſt ibi ciuitas epheſon. ſexta eſt pichanea et ibi eſt ciuitas nichie. ſeptima peſlago-
nia et ibi eſt ciuitas germenopoli. octaua prouintia genielic et in illa prouintia
eſt ciuitas trapeſonde et illa ſola prouintia a paucis temporibus citra effecta eſt regnum
per hunc modum quod quando teucri regnum turchie ſub dominio acceperunt non potuerunt
ciuitatem trapeſonde nec pertinentias occupare in quibus erant caſtra fortiſſima
alia munimenta et ſic remanſit in poteſtate imperatoris conſtantinopolitani. ad terram
vero illam regendam unum gubernatorem conſueuit mittere imperator qui dux vul-
gariter dicebatur. vnde accidit quod quidam ex illis rectoribus contra ſuum dominum
rebellauit et terram dominium tenuit pro ſe ipſo et fecit ſe regem. et ille qui hodie
tenet dominium terre trapeſonde imperator ſe fecit ab omnibus nominari. habitan-
tes ibidem ſunt greci et litteras et ritum ſequuntur grecorum. nos vero poſſumus
trapeſondam in numero prouintiarum et non in numero regnorum. ſecundum que
nos inſtruunt hyſtorie orientis. In regno turchie habitant quatuor gentium
nationes videlicet greci armenij iacobi et viuunt de mercantionibus et labore-
rijs terre. quarta vero natio eſt turchorum et ſunt ſaraceni et dominium illius
terre a grecorum manibus abſtulerunt. et illi habitant in ciuitatibus et villis viuunt
de mercantionibus et laborerijs terre. Alij vero ſemper petunt nemora et habitant
in campis ſub tentorijs hyeme et eſtate. armenta habent plurima de quibus viuunt
et equeſtres et pedeſtres et cum arcubus ſunt ferociſſimi bellatores.

## de Regno ſirie

Regnum ſirie incipit ex illa parte orientis a flumine eufratis et extenditur
per occidentem uſque ad ciuitatem gazare que eſt ſita ſupra mare grecie in capite
deſerti egipti. Regni illo ſine latitudo ex parte ſeptentrionis incipit a ciuitate
bericgeſi et dilatatur uſque ad acratum montis regale. ex parte orientis confines
habet cum meſopotamia. ex parte ſeptentrionis cum ſecunda armenia et in parte
cum regno turchie. et ex parte meridie verſus occidente nullos habet cum alio
Regno confines quia mare grecie et deſertum arabie ſibi ſunt a duabus partibus circus

circa. Regnum sirie dicit inquatuor partes siue prouintie que prouintie propter earum
magnitudinem consueuerut regna antiquitus appellari/ et reges fuerut rectores actis
temporibus in easdem. sed quia hystorie orientis illas nominant prouintias regni
sirie regna ipsa non acerrimus appellari. prima prouintia que caput est sirie vocatur
seir et in medio huius prouintie sita e nobilissima ciuitas damascus noie. secunda
prouintia nominat pallastina. in qua illa sancta ierosolimitana ciuitas habet situ
tertia prouintia dicit antiochia et in illa sut due maxime ciuitates vz antiochia
antiochia maior. quarta uero prouintia cicilia nominat in qua sita est inexpu
gnabilis ciuitas trasensis in qua beatus paulus apostolus fuit natus. ista uero
prouintia cicilie armenia hodie nuncupat nam postquam christiane fidei inimici
terram illam a grecorum manibus abstulerut et iam longo tempore tenuerunt
armeni conati sunt in tantum quod terram illam ciciliam extrepauerut de ma
nibus paganorum/ cuius quidem terre dominiu rex armenie per gratiam dei tenet
in regno sirie/ habitant diuerse gentiu nationes vz griffoni qui sun greci
armeni nestorini iacobini saraceni et etiam alie due christianorum natione
que non repiunt in alys regnis vz suriani et maronini. suriani tenent ritu grecorum
fuerut tamen obedientes romane ecclesie sancte et habent litteras et
linguam arabicam/ et officiu ecclesie totu faciunt in litteris grecis. aly qui
dicunt maronini tenent ritum iacobini et litteras linguam qz habent arabicam
et iste due nationes gentiu habent iuxta monte elibani et in partibus ierosolim
itanis in armis sunt fortissimi bellatores. de terrarum laboreryss viuunt/ illi qui
nomiant suriani sunt multi/ sz maronini qui habitent in quadam parte montis
elibani sunt in pauca quantitate. sunt tamen inter eos pedites fortissimi
et audacissimi bellatores. longitudo regni sirie viginti dierum spacio terminatur
latitudo uero quinque et in aliquo loco minus secundu quod desertu arabie et mar
grecie longius uel propinquius se aderint.

In ibernia sunt multe insule miraculose quarum credendu est quod in una quarum parua
sunt homines quod in illa sut insula habitatores quod nullo tempore moriunt sed quando sut sene
ferunt foras insulam. et in illa insula non sut serpentes nec granorum nec aliqua
aranea venenosa imo tota illa terra omni bestie uenenose est contraria. et adhuc i
illa insula sunt arbores que fructus ferunt sicut ficus matur et volant.
Item est altera insula in qua femine que in ipsa insula habitant pro nomine bra no
sed quando e tempus pareundi ferunt foras insulam et ibi secundu more
In ista insula que vocat Islandia sunt homines qui habent linguam illorum de nouergia
et sunt christiani.
Ista insula uocat Archania in qua continue per sex menses anni dies et nox e clara
et continue per alios sex menses anni dies et nox est obscura et non clara
Ista Regio vocat norvegia que est valde aspera et multum frigida montaniosa et

Historia archipelagi